



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 12. Securitatis sponso a Synodo Hieronymo Pragensi facta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)



teras accepissent. Quæ cum justo diu-  
tius retardarentur, Papa collusionis cum  
Duce suspicionem incurrit. Quapropter  
Synodus Joannem publice citandum de-  
crevit, nisi ante proximam Sessionem de-  
sideratæ literæ mitterentur.

Sæcul. XV.  
A. C. 1415.

## §. XII.

*Securitatis sponsio a Synodo Hieronymo Pragensi facta.*

In eadem Sessione prælegebantur publi-  
cæ fidei literæ, quas Nationum De-  
putati ad preces Hieronymi Pragensis  
jamjam die undecima Aprilis confecerant,  
quæ tamen citationis edicto magis erant  
similes quam securitatis literis; quippe  
Hieronymus intra terminum quindecim  
dierum absque ulteriore monitione  
comparere, atque ad quæstiones super  
doctrina sua proponendas respondere  
jubebatur. In iisdem quoque hæc lege-  
bantur verba: *Ad quod a violentia, injustitia  
semper salva* (nempe si Hieronymus hæresin  
aliquam defendere deprehenderetur, tamen  
eam vel abjurare, vel si renueret, poenæ  
subjacere deberet,) *omnem saluum conductum  
nostrum, quantum in nobis est, & fides  
exigit orthodoxa, præsentium tenore offerimus.*  
Hæc clausula: *Salva &c.* in securitatis  
literis Joanni Hussodatis expressa non legitur.

Idem pag.  
106.

## §. XIII.